

/ Ser<sup>me</sup> Princeps.

Oratores Serenitatis v<sup>rae</sup> ad Summum Pontificem destinatos, viros utique praestantissimos, et tanta legatione omni ex parte dignissimos libentissime vidi. Ago Serenitati v<sup>rae</sup> gratias, quantas  
5 possum, quod per tantos viros me visitare, et propensam voluntatem erga me suam significare dignata sit. Obtuli vicissim obsequium meum ornatissimis legatis, et nunc per eosdem offero Serenitati v<sup>rae</sup> quicquid in Romana curia possum, quod etsi perexiguum est, non est tamen exigua voluntas, qua illud offero. Precor Deum, ut  
10 Serenitatem v<sup>ram</sup>, et Kemp.Venetam universam divina sua protectione et gratia prosequatur.

Datum Romae die X novembris 1605.

Serenitatis v<sup>rae</sup>

Addictissimus Servitor

15 Robertus Card. Bellarminus

-----  
Adresse: Ser<sup>mo</sup> Domino Venetiarum Duci, cum D<sup>no</sup> meo observandiss<sup>mo</sup>  
(cachet)

Venezia, Archivio di Stato. Collegio. Lettere Cardinali 1605=08.